

/ Perillustris, ac Reverendissime Domine. Accepi litteras Amplitu-  
dinis Vestrae Reverendissimae; sed librum conscriptum adversus pseu-  
dosynodum Dordracensem nondum accepi, nec scio quando recipiam. Sed  
quocumque tempore is liber ad me pervenerit: gratissimus erit, et a  
5 me diligenter perlegetur. Quod autem scriptus sit absque mordacitate,  
mihi valde probatur: sic enim conciliabitur libro benevolentia, et  
facile fieri poterit, ut a multis legatur. Si quid hic ego possum;  
jubeat Reverendissima D. Vestra per aliquem ex suis, vel per episto-  
lam, et libentissime faciam, quod mihi vestro nomine injungetur. Lon-  
10 giores vitam non desidero: satis diu vixi, cum jam proxime accesse-  
rim ad annum octogesimum, ultra quem non est, nisi labor, et dolor.  
His valeat Reverendissimus Dominus meus, et pro me Deum orare non  
cesset. Romae die 11. Junii 1620.

---

Epist. famil. CLXV.